



V Rspergensis ille abbas, cuius nomē uel ipsius consilio celatum, ne arrogantior uideret, aut temporis uetus state abolitū, anno Christi 1230. apud Germanos ob eruditōnem in magno precio fuit. Scripsit enim uolumē Chronicorum à Nino rege Assyriorum, usq; ad Fridericum 2. Romanorū Cæsarem. In eo magna diligentia multarum gentiū historias annotauit. Itaq; nostro tempore opus illud typis euulgatum, atq; Paraleypomena cum rerum gestarum cōtinuatione addita. Vnde abbas ille rerum cognitione celebris, dignus mehercle esset, cuius nomen magna laude ad posteros transferretur. Ges. in Bibliotheca.